Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-650909-p0001-8

Fl. 270.

1) Bemerkungen zc.

mehr 2) - 44)

nicht verfilmbar

mehr PK

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-650909-p0002-4

*Illuſtrium quæſtionum*

# IURIS LEGALIS ET FEUDALIS

Diſputatio

*Quam*

Divini Numinis gratia annuente

*Ampliſs. ICtorum in Celeb. VViteb. Acad.*

*ordine conſentiente*

Sub Præſidio VIRI

*Clariſsimi, Excellentiſsimi & Conſultiſsimi*

Dn. IEREMIÆ REUSNERI

I. V. D.

Juſtitiæ cultoribus examinandam proponit

*IOACHIMUS* Billerbeck

Stendalio-Marchicus.

Ad diem 26. Julij Anno 1617. loco horisq; conſuetis.

*Omnibus bonis in cauſis conatus in laude effectus in caſu eſt.* Apul. in fl.

*VVITTEBERGAE,*

Apud Paulum Schetlerum.

54.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-650909-p0003-0

*Viris Ampliſſ. Conſultiſſ. & Prudentiſſ.*

# DNN. CONSULIBUS, CAMERAriis ac reliquis Inclutæ Reip. Stendalienſis ſenatoribus, Fautoribus & Promotoribus ſuis devotâ animi reverentia æternùm colendis.

## *S. P. D.*

*QVantum diſputationum exercitia habeant uſum. mecœnates multis nominibus æternū colendi, optimè demonſtrat* Clariſſ. JCtus Harpprecht in ep. dedic. diſp. ad 4. I. lib. *Illis nimirum non ſolum diſcentium ingenia mirificè acuuntur: Iudicia de rebus graviſſimis exquiſitè formantur: memoria perpetuâ rerum optimarum impreſſione ſtudioſè excolitur: linguaq; expeditior redditur: Verum etiam ipſa veritas, quæ tanquam animi pabulum eſt quovis vino dulcius & quovis aromate precioſiùs, ex rationum in utramq; partem diſcuſſione, ut ex lapidum colliſione ignis, aſſerente Scaligero exer. 148. ſ. 4. & exer. 308. elicitur & in apricum producitur. Quibus de cauſis has illuſtres Iuris quæſtiones diſputationis incudi ſubjeci, quas vobis inſcripſi, ut aliquod Studij mei τεκμήριον, & publicum debitæ meæ obſervantiæ erga V. V. A. A. & P. P. extaret teſtimonium. Suſcipite quæſo benevolè hanc diſputatiunculam veluti corollam ex amæniſſimis quibusdam Iuris floſculis contextam, & veſtri favoris & benevolentiæ aurâ mihi adſpirare non deſiſtite. Valete diutiſſimè. Dabam* Witebergæ *in muſæo meo 16. Iulij, anno* CIↃ. IↃ. CXVII.

V. V. A. A. & P. P.

*addictiſſimus*

Ioachimus Billerbeck.

Σὺν Θεῷ.

# I. Controverſia.

## *An minor curatorem habens ſine conſenſu ejus obligetur?*

AFfirmo I. *per l. 101. ff. de V. O.* II. Sic probo: Curator rei datur non perſonæ ut tutor §. 4. Inſt. *qui teſt. tut. dar.* l. 32. C. de *Epiſ. & Cl.* Atqui obligatio non rei ſed perſonæ eſt *l. obligationum 3. ff. de O. & A.* E. curatoris, quo ad obligandum conſenſu opus non eſt. Hinc minor ſine eo matrimonij contractum inire poteſt *l. in copulandis 8. C. de nupt.* In integrum tamen ſi læſus fuerit, reſtituitur *t. t. ff. & C. de in integ. reſt.* obſtare videtur *l. 3. C. de in integ. reſt.* Sed vide clar. D. Arumæum *exer. 3. θ. 18.* Vultej *lib. 1. diſcept. c. 16. & lib. 1. I. R. c. 27.* Giphan. ad *l. 101. n. 2 & ſeqq.* Borch. *de Iurej c. 3 n. 29.* Weſenb. *ad rubr. Inſt. de aut. tut.* Fach. *lib. 3. contr. c. 9.* Bronch. *cent. 1. aſſ. 33.*

## *II. An malæ fidei poſſeſſor neceſſarias impenſas deducat?*

Ajo per *l. domum 5. C. de R. V. l. ſi à domino 36. §. fin. l. planè 38. ff. de pet. hæred.* Donell. *20. comm. c. 7.* Treutl. *volu. 2. diſp. 20. θ. 6.* Gœdd. *ad l. 79. de V. S.* Fach. *1. cont. c. 54.*

## *III. An fructus ultimi anni maturi & adhùc pendentes ad hæredes defuncti fructuarij; an verò ad proprietarium pertineant?*

Poſterius ajo I. quia fructus pendentes pars fundi cenſentur *l.*

 44. *ff.*

44. ff. de R. V. II. quia uſusfructus eſt ſervitus perſonalis & cum perſona extinguitur §. finitur 3. Inſt. de uſufru. Hænon. diſp. 4. θ. 22. Schneidvv. ad §, is vero Inſt. de R. D. Hart. piſtor lib. 1. q. 24. n. 20. & ſeqq.

## IIII. An uſufructuarius omnium bonorum ad ſolvendum æs alienum & legata teneatur?

Nego I. quia onera hæreditaria ab hærede ſolvenda ſunt. l. 2. C. ſi cert. pet. l. pacto 26. C. de pactis II. per tex. in l. ult. ff. de uſufr. legat. & l. 69. ff. ad L. Falc. D. Johan. Köppen deciſ. 47. ſ. 117. And. Gail. 2. obſer. 146. Gœdd. ad l. bonorum 49. n. 12. de v S.

## V. An nulla ſervitute conſtitutâ cuivis liceat feneſtram conficere in confini pariete?

Hæc q. acutiſ. Ictorum ingenia torſit. Affirmant Donell. II. comm. 5. ibiq. Hilliger in Don. enucleato lit. D. Hackelman diſp. ill. 7. θ. 18. Helfr. Hun. var. reſol I C. lib. 2. tr. 2. q 7. Bronch. cent. 2. aſſ. 5. Negant Cujac. 1. obſer. 31. Hænon. diſp. 5. θ. 6. Cæpolla in tr. de S. U. mediam ſententiam arripit Dn. Harpp. diſp. 15. θ. 38. dum diſtinguit inter feneſtras proſpectivas & luciferas, & inter parietem nimis propinquum, & legitimâ diſtantia remotum, quem d. l. vide. Ego cum d. Don. affirmantium caſtra tranſeo per l. ſicut 8. § Ariſto. 5. ff. ſi ſervitus vindicetur.

## VI An ad præſcriptionem ſervitutum juſtus requiratur titulus?

Nego per l. 10. ff. ſi ſervit. vind. l. ult. ff. de ſerv. l. 1. § fin. ff. de aq. pl. arc. l. 2. C. de ſervit. Don. 11. comm. 12. Vasq. 2. ill. contr. c. 65. n. 6. Hackel. ill. qq. diſp. 7. θ. 17.

## VII. An donatio omnium bonorum ſit valida?

Ajo per l. ſi quis argentum §. ſed etſi C. de donat. l. ſi unquam C. de

C. *de rev. don.* Clariſ D. Forſterus præceptor meus pl. colendus *diſp. Iuſt. 10. q. 13.* Arum. *exer. 6. θ. 15.* Gail. *2. obſer. 11. n, 10.* Harpp. *diſp. 18. θ. 16.* Vaudus *1. q 31.*

## IIX. *An duorum fratrum vel ſororum liberi ſoli concurrentes ſuccedant in capita; an vero in ſtirpes?*

Prius affirmo: en fundamentum! ubi non eſt jus repræſentationis, ibi non eſt ſucceſſio in ſtirpes §. *cum filius 6. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. def.* At hic non eſt E. vide *l. 2. § 2 ff. de ſuis & legit. hæred. l. pen. C. de leg. hæred.* quæ LL. per jus novellarum non ſunt correctæ, ideoq; illis meritò ſtandum eſt *l. præcipimus C. de appell.* Schneidvv. *3. ord. ſucced. n. 29. f. 417.* Ritterſh. *in parat. feud. c. 6.* Vaudus *1 q. 24.*

## IX. *An in criminalibus fidejuſſor admitti poßit?*

Diſtinguo inter crimen, quod vel pecuniariam pœnã meretur, vel capitalem: illo caſu præciſè affirmo. (a) hoc vero (b) pro ratione circumſtantiarum Judicis arbitrio relinquendum eſſe puto. (a) *l. ſi quis 36 ff de fideiuß. l. 4. ff. de cuſtod reor.* (b) *l 6 §. ſuper his C. de appel. l. 1. 2. & 3. ff de cuſtod. reor.* C. l. Forſterus *diſp. 17. q. 13.* Arum. *diſp. 13. θ. 13.* Ant. Heringius de fidei. *c. 10. n. 381. & ſeqq.*

## X. *An uxor ratione dotis omnibus mariti creditoribus, tacitam & expreſſam hypothecam habentibus præferatur?*

Ajo per l. *aßiduis C. qui pot. in pig & nov. 97. c. 3.* magnificus El. Brandeb. Cancellarius Dn. D. Frid. Pruckman *volu. 1. Conſil. 47. n. 119.* Ern. Cothman. *volu. 3. Conſil. 21. n. 10.* Mynſ. *Cent. 4. obſ. 13.* Arum. *diſp. pand. 14. θ. 9.*

## XI. An mulier SCto vellejano poſſit renunciare?

Aff. ſi de eo certior redditá fuerit *l. 41. ff. de minorib. l. ult. §. pen. ff. ad SCtum. Vell*, auth. *matri & aviæ C. quando mulier tut off. fung. l. 22. C. ad SCtum Vell.* nov. *118. C. 5.* magnificus D. Frid. Pruckman. *volu. 1. Conſil 8. n. 106.* And. Gail. *2. obſer. 77.* Ant. Heringius, *de fidejuſſ. c. 7. n. 473.* Fach. *2. contr. 59.*

## XII. An ſumptus ſtudiorum cauſa facti, ſint conferendi?

Nego per expreſſum tex. *l. 50. ff. fam. erciſ.* vid. *l. Si quis 5. ff. de alend. lib. l. 3. & 4. C. eod.* nobiliſſ. ICtus Arnold. de Reyger *in theſ. Iuris verb. de coll. bon.* Clariſs D. Hirſchbach præceptor meus pl. obſervandus in prælect. publ. *ad t. C. de coll.*

## XIII. An unum tantum detur intereſſe, quod definitur damni dati vel lucri ceſſantis circa ipſam rem æſtimatio?

Ajo per l. *Si ſervum ff. ad L. Aq.* ampliſ. Dn. D. Lucas Beckman præceptor meus pl. colendus in prælect. publ. ad *L. un. C. de ſententijs, quæ de eo, quod intereſt proferuntur.*

## XIV. An actio furti pro re minima detur?

aff. per l. *Si pavonem. 37. ff. de furtis.* Schneidvv. *ad §. gallinarum I. de R. D.* Hænonius *diſp. 4. θ. 7.*

## XV. An feudum in pecunia poſſit conſiſtere?

Nego *tit. I. 2. F.* ibi dicitur, quod feudum non niſi in rebus ſoli aut ſolo cohærentibus, aut in ijs, quæ inter immobilia connumerantur, poſſit conſiſtere. Quod verô feudum etiam in pecunia poſſit conſiſtere, conſuetudine in Marchia Brandeburgenſi introductum eſſe teſtis eſt Joachimus Scheplitz *in add. ad conſuet. March. p. 4. t. 25. edit. ult.*

17. An

## XVII. An plebei bona ſua in feudum dare poſſint?

Ajo *tit.3.2.F.* ibi regula proponitur, quod feudi novi inveſtitura rectè ab eo fiat, qui legitimè ſuorum bonorum habet adminiſtrationem. At plebei illam habent. vide Borch. *c.5 de Feud.* Ergo. Regulæ enim firmiter inhærendum eſt, donec conſtat de exceptione, aſſerente clariſſ Dn. And. Kohl *exer. leg 1.n.6.*

## XIIX. An vaſallus ſine conſenſu domini feudum poſſit hypothecare?

Ardua inter FF. eſt controverſia. Ego negantium partibus accedo propter hoc fundamentum: omnis feudi alienatio eſt prohibita *tit.55. 2. F.* Atqui hypothecatio eſt alienatio *l. fin. C de reb. alien non alien.* E. Vide magnificum D. Frid. Pruckman. *volu. 2. conſil. 17. n. 35. & 39.* qui conſentit quo ad jus feudale commune: uſu vero in feudis Brandeburgicis id non obſervari dicit *n.41.*

## XIX. An vaſallus proprijs ſuis ſumtibus domino ſervire teneatur?

Ajo ſi feudum eſt pingue: vide clariſſ Dn. And. Kohl *In tr. de ſervit. feud. p.6. n.3. & ſeqq.* Borch. *de feud c.1.n.26.*

## XX. An ſi feudum filio fuerit datum, ejus uſus fructus patri acquiratur?

Nego; quia in caſtrenſi peculio pater uſumfructum non habet *l.1.C.de Caſtr. pec.* At feudalia bona jure caſtrenſis peculij meritò cenſentur, quippe quæ ut plurimum ob ſervitia militaria conceduntur *t. 7. 2. F verſ. etſi ſcivero*: nec jure bonorum allodialium cenſentur *t.26 §,2.2.F.* Schraderus de feud. *p.7.c.6.n.6.* Arum. *diſp. feud. 3. θ. 39.* Hackel. *diſp. Ill. qq. 8. Coroll. 1.* Forſterus *diſp. Inſt. 8.q.5.* Vulcejus *lib.1. de feud. c.5.n.8.* VVeſenb. *in tr. de feud. c.5.n.4.* Hænon. *diſp. 5.θ.22.*

Co

# Corollaria.

I. An ſine Philoſophiæ cognitione perfectus quis poſſit fieri Ictus? Nego cum Ehem. *libr. 3. de prin. iuris c. 3*, & Kubachio *decur 2. q. 3.*

II. An ei, qui ſervitutem habet, novi operis nunciandi Ius ſit? affirmo cum Vaudo 1. *q.* 53.

III. An etiam in rebus immobilibus poſſit eſſe depoſitum? affirmo cum Fomanno *cent. qq. miſc. q.* 65.

IV. An parentum conſenſus ad matrimonium contrahendum Iure naturali, civili & canonico ſit neceſſarius? ajo per ea, quæ copioſè adducit Cothman *Conſ. 1. per tot.*

V. An liberi ob cauſas majores ijs, quæ in nov. 115. *c.* 3. expreſſæ ſunt, exhæredari poſſint? Aff. cum Hœnonio *diſp. 7. θ 14.*

VI. An etiam tempore peſtis in teſtamento ſolenni 7. teſtes adhibendi ſint? aff. cum Dn. Arumæo *diſp. 7. θ 10.*

VII. An melius ſit Cœmiteria eſſe extra urbem quam intra? prius affirmo cum clariſs. Dn. Sagittario præceptore meo quondam in Acad. Jenenſi *diſp. polit. q. 5.*

IIX. An concionator, ſi quempiam vitijs laborantem in ſuggeſtu verbis injurioſis offenderit, poſſit actione injuriarum conveniri? Diſtinguo cum Cl. Icto Harpp. tr. *crim. ad § non ſolum I. de injur. n.* 31. inter delicta, quæ offenſus commiſit: illa fuerunt vel publicè nota, vel paucioribus tantum cognita: & ille fuit vel incorrigibilis vel corrigibilis: priori caſu non poteſt conveniri: poſteriori verò omninò, ſi quædam circumſtantiæ ſuadent quod animum injuriandi habuerit.

Δόξα τῷ θεῷ μόνῳ.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-650909-p0011-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-650909-p0012-0

*quæſtionum*

# LEGALIS
# VDALIS

utatio

*uam*

s gratia annuente

*n Celeb. VViteb. Acad.*

*conſentiente*

ſidio VIRI

*tiſsimi & Conſultiſsimi*

Æ REUSNERI

V. D.

xaminandam proponit

*NUS* Billerbeck

*-Marchicus.*

1617. loco horisq; conſuetis.

*conatus in laude effectus in*

n fl.

*EBERGAE,*

---

m Schetlerum.

40

B.I.G. Farbkarte #13 Black 3/Color White Magenta Red Yellow Green Cyan Blue Inches Centimetres

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-650909-p0013-6